



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtru[m] recedente fictione baptismus obtineat effectum suum? 10

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

*Virum fitione recedente, baptismus suum effectum consequatur?*

405

**A**D decimum sic proceditur. Videtur, quod fitione recedente, baptismus suum effectum non consequatur. Opus enim mortuum, quod est sine charitate, non potest unquam viuificari. Sed ille, qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentum sine charitate. Ergo numquam potest viuificari hoc modo, ut gratiam conferat.

4 d. 4. q.  
3. a. 2. q.  
3. & dif.  
17. q. 3. a.  
4. q. 1.

**¶ 2** Præterea, Fictio videtur esse fortior quam baptismus, cum impediatur eius effectum. Sed fortius non tollitur à debiliore. Ergo peccatum fitionis non potest tolli per baptismum fitione impeditum. Et sic baptismus non consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

**¶ 3** Præterea, Contingit quod aliquis ficte accedat ad baptismum, & post baptismum multa peccata committat, quæ tamen per baptismum non tolluntur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. Ergo baptismus talis numquam consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

**S**ED contra est, quod August. \* dicit in lib. de baptismo, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia vel sacrilegio perseverante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri.

\* lib. 1. de  
bapt. cōt.  
Donat. c.  
12. ante  
me. 10. 7.  
& habetur  
de cō-  
secr. d. 4.  
c. 41.  
† al. abo-  
litionem  
\* q. 66. d.  
9.

**R**ESPONDEO dicendum, quod (sicut supra dictum est \*) baptismus est quædam spiritualis regeneratio. Cum autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit suum effectum: sicut simul cum corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit moueri deorsum. Et similiter quando aliquis baptizatur, accipit characterem quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur au-



tem quandoque per fictionem : unde oportet , quòd remota ea per pœnitentiam , baptisumus statim consequatur suum effectum .

Ad primum ergo dicendum , quòd sacramentum baptismi est opus Dei , & non hominis . Et ideo non est mortuum in ficto , qui sine charitate baptizatur .

Ad secundum dicendum , quòd fictio non remouetur per baptismum , sed per pœnitentiam subsequentem : qua remota , baptisumus aufert culpam & reatum omnium peccatorum præcedentium baptismum , & etiam simul existentium cum baptismum . Unde August. dicit \* in lib. de baptismum paruulorũ , Soluitur hesternus dies , & quicquid superest soluitur , etiam ipsa hora , momentumq; ante baptismum , & in baptismum : deinceps autem continuo reus esse incipit . Et sic ad baptismum effectum consequendum , concurrunt baptismum & pœnitentia : sed baptismum sicut causa per se agens ; pœnitentia sicut causa per accidens , id est , remouens prohibens .

Ad tertium dicendum , quòd effectus baptismum non est tollere peccata futura , sed præsentia vel præterita . Et ideo recedente fictione , peccata sequentia remittuntur quidem , sed per pœnitentiam , non per baptismum . Unde non remittuntur quantum ad totum reatum , sicut peccata præcedentia baptismum .

## QVÆST. LXX.

*De circumcissione , quæ præcessit baptismum , in quatuor articulos diuisa .*

**D** E inde considerandum est de præparatorijs ad baptismum . Et primo de præparatorio quod præcessit baptismum , id est , de Circumcissione . Secundo , de præparatorijs , quæ concurrunt simul cum baptismum , scilicet de catechismo , & exorcismo .

¶ Circa primum queruntur quatuor .

¶ Primo , utrum circumcissio fuerit præparatoria , & figuratiua baptismum ?

¶ Se-

\* lib. 1. de  
bapt. par.  
c. 12. in  
fi. 10. 7. ha  
betur de  
conf. d. 4.  
c. 40. in  
fine .